

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio h
cum fontibus primis

Sit in gestu tuo grauitas, in motu simplicitas,
in incessu honestas;
nichil dedecoris, nichil lasciuie,
nichil petulancie, nichil insolencie,
nichil leuitatis in tuo incessu appareat.
Animus enim in corporis gestu appetet

Sit in gressu
tuo simplicitas, in motu puritas, in gestu grauitas,
in incessu honestas.
Nihil dedecoris, nihil lasciuiae,
nihil petulantiae, nihil insolentiae,
nihil leuitatis in incessu tuo appareat.
Animus enim in corporis habitu appetet, gestus
corporis signum est mentis, corporis gestu animus
proditur, corporis gestu animi habitus panditur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.43
(CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.97, ll.432-437).

et species corporis simulacrum est mentis
figuraque probitatis.

Ysidorus II. libro soliloquiorum.

Nihil toruum in oculis, nihil in uerbis procax,
nihil in actu inuercundum:
non gestus fractior, non incessus solutior,
non uox petulantior,
ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis,
figura probitatis.

Ambrosius Mediolanensis, *De uirginibus*, 2.7
(F. Gori ed., p.170).